

- 186 Parochialis provisionem, & collationem si aliqua de causa Ordinarius non fuerit executus, poterit superior de appellationis causa cogniturus suam sententiam exequi, licet sit in contradictorio iudicio lata.
- 187 A collatione, electione, presentatione, institutione, confirmatione quorumlibet beneficiorum, etiam simplicium extrajudicialiter facta appellatio emissa non suspendit possessionis traditionem, nec in denegata delatione violentia adest.
- 188 Ab extrajudiciali provisione cuiusvis beneficii appellatio, sicut non admittitur, ita nec ab articulis in ea incidentibus, & aliis gravaminibus ab ea dependentibus.
- 189 Extrajudicialis si est provisio, omnes ejus articuli extrajudiciales sunt.
- 190 & 215 Appellatio ab articulo incidente in provisione simplicis beneficii, ut admittatur, inquit Rota, an lis fuisset introducta.
- 191 A provisione quorumlibet beneficiorum simplicium judicialiter facta appellatio interposita non deferens, vim facit.
- 192 A provisione beneficii simplicis judicialiter facta sicut appellatur, ita a gravaminibus incidentibus, si sint sui natura qualificata.
- 193 A Parochialis provisione, sive judicialiter, sive extrajudicialiter facta, appellatio emissa, non deferens vim facit.
- 184 A Parochialis provisione etiam judiciali appellatio sit ut prohibetur quoad suspensivum, ita non admittitur ab articulis incidentibus in ea.
- 195 Ab Hieronymo Gonzalez cavendum asserente in Parochiali admitti appellationem ab articulis incidentibus.
- 196 Ab examinatorum relatione, & mala Episcopi electione in Parochialibus, an & quomodo admittatur, vel prohibeatur appellatio?
- 197 Trident. & motus proprius circa prohibitionem appellationis a provisione Parochialis declarantur.
- 198 Examinatorum relatio qualibet, & Ordinarii electio ad Parochialem non suspenditur per appellationem, qua devolutivum duntaxat habet.
- 199 Examinatorum a reprobatione appellatio licita est quoad devolutivum, non quoad suspensivum.
- 200 Nicolaus Garcia reprobat, asserens appellationem esse prohibitam a reprobatione examinatorum quoad utrumque effectum.
- 201 Ad Parochialem provisus non est a possessione amovendus etiam si iudex appellationis contrariam ferat sententiam, donec contra illum tres sint conformes.
- 202 Ab electione ad Parochialem discordantibus examinatoribus appellatio an sit deferendum. Et qui affirmativam teneant, ibidem.
- 203 Ab electione ad Parochialem etiam discordantibus examinatoribus appellationem suspensivo carere, verius resolvitur.
- 204 Examinatorum concordiam Ordinarius non expectat, sed plurimum tunc operatur suum arbitrium in Parochialibus.
- 205 Ordinario assignantur quatuor menses in Parochialibus reservatis ad significandum concursum Pontifici.
- 206 Presentatus unus solus ad Parochialem juris patronatus laicorum si sit ab examinatoribus reprobat, an poterit appellare suspensivo.
- 207 Reprobat habens gratiam in forma dignum, ad Parochialem appellare potest suspensivo.
- 208 Appellatio per unicum presentatum ad Parochialem laicorum reprobatum in examine causat attentatum.
- 209 Parochialis provisio nulliter facta, vel ex defectu forme Tridentini, vel alia nullitate comineat, suspenditur per appellationem, & idem in simplicibus beneficiis.
- 210 Ad examen vocatus ad simplex beneficium non potest appellare juxta Trident.
- 211 Et etiam in Curatis.

- 212 Reprobat ab examinatoribus ad beneficium simplex, an possit appellare quoad utrumque effectum.
- 213 Examen ad beneficium, & concursus est actus extrajudicialis.
- 214 A termino tacite, vel expresse denegato, petio ad accedendum ad examen per procuratorem filii patrimonialis absentis, cujus nomine se opposuit, an appellatio interposita sit deferendum, & quando.
- 215 In simplicis beneficii provisione appellatio admittitur ab incidentibus, si proceditur judicialiter, non aliter.
- 216 Renuntians semel suo beneficio, an possit iterum ei se opponere, & an ab electione de eo facta possit appellari.
- 217 Renuntians suo beneficio non potest illud repetere nec ad id regressus datur.
- 218 Renuntiantibus actiones suas non est ad illas dandus regressus.
- 219 Renuntians electioni de se facta non auditur appellans, quo minus alius eligatur ad illud beneficium.
- 220 Renuntiantem semel possunt electores iterum eligere ad idem beneficium.
- 221 Renuntians beneficium potest ad idem denovo presentari, eligi, & se opponere.
- 222 Renuntians beneficio ob crimen non potest iterum eligi, nec presentari ad illud.
- 223 & 224 A sententia qua elector suspenditur a voce activa & passiva, an appellari possit, ita ut iterum ejus votum, seu suffragium valeat.
- 225 Suspensionis violario in spiritualibus inducit irregularitatem, secus in temporalibus, que suspenditur per appellationem.
- 226 Electori opposita exceptio exclusiva suffragii, si probatio, pre manibus non habeatur, potest, ne tempus labatur, rejici cum clausula preservativa.
- 227 Appellatio non admittitur ab eo, quod facit major pars Capituli.
- 228 Etiam si justificationis probatio incontinenti offeratur, & quibus rationibus, ibid.
- 228 Electiones Magistratum, & Doctoratum quam formam requirant ex Bulla Sixti IV. & Leonis X. & de variis dubiis remissive.
- 229 Episcopus solus an simul cum Capitulo possit cognoscere de exceptionibus oppositis personis eligendorum vel electorum ad Magistrales, vel Doctorales.
- 230 Actus jurisdictionales in electionibus incidentes Episcopo duntaxat pertinent.
- 231 Nisi consuetudine illud simul acquisiverit Capitulum.
- 232 Ab Episcopo existente electioni ut Canonico ad eundem appelletur, si vero ut Episcopo & Prelato, ad ejus superiorem appellandum erit.
- 233 A Rege sententiant ut Comite, ad Superiorem Comitum appellatur.
- 234 Legatus in partibus habet facultatem cognoscendi de appellationibus interpositis ad Papam, & ab appellationibus a Legato potest ad eundem redire.
- 235 Prelatus precedens semel ut iudex ad eum non appellatur, ne dentur duo gradus jurisdictionis in eadem persona.
- 236 Episcopus in electionibus Doctoratum, &c. assistit ut Prelatus, non ut Canonicus.
- 237 Appellantes ab electione opposites contra personam electi, eligenti, vel eligendi pre oculis habeant formam cap. ut circa, de elect. lib. 6.
- 208 Juramentum, de quo in c. ut circa, de elect. in 6. debet esse corporale tactu Evangeliorum, non aliter.
- 239 Alias nullum erit juramentum.
- 240 Juramentum per tactum Evangeliorum non requiritur de consuetudine, sed sufficit tactus cuiusvis libri, vel tabule.
- 241 Que consuetudo procedit, quando jus requirit juramentum corporale, secus quando specialiter disponit super tactu Evangeliorum.

C. ut

- 242 C. ut circa, de electio. in 6. dispositio procedit in omni provisione beneficii, in quo objicitur defectus contra aliquem.
- 243 Juramentum juxta c. ut circa, de electio. lib. 6. requiritur, quando objicitur, & appellatur in provisione extrajudiciali, non tamen a judiciali.
- 244 Juramentum, & forma, cap. ut circa, non requiritur, quando objicitur, & crimina opposita sunt notoria, vel opponenti non incumbit onus probandi.
- 245 Forma non adimpletur per equipollens.
- 246 Forma requisita pro certo sine, & effectu, secus sine per equipollens, forme satisfi.
- 247 Circa materiam cap. ut circa, & de aliis limitationibus remissive.
- 248 C. ut circa, ommissa forma semel appellans, an possit iterum ea servata appellare, si intra terminum sit.
- 249 Impedimentum legitimum superveniens oppositori ad beneficium intra terminum edictorum, quominus locum examinis adire queat, an appellatio a termino denegato non deferens, vim faciat.
- 250 Examen, & concursus sustinetur, si termino designato quidam ex oppositoribus apparuerint, quidam vero non.
- 251 Edictum non prorogatur, licet ex oppositoribus unus solus compareat examini, cui idoneo facienda erit collatio, nisi ceteri impedimento detineri, se excusent.
- 252 Et quid in provisione Doctoratum disponat Concilium Compostellanum.
- 253 Impedito legitime non currit tempus.
- 254 Impedito legitime excusatur a publicanda resignatione, & contumacia.
- 255 Impedito non dicitur negligens.
- 256 Ob impedimentum receditur a forma.
- 257 Terminus is est noviter dandus, quantum abstulit impedimentum non ex integro.
- 258 A dilacione brevi appellatur regulariter.
- 259 A termini denegatione appellatio datur.
- 260 Appellari licet a denegata dilacione legitime impedito, quominus queat locum examinis adire.
- 261 Dummodo impeditur intra terminum edictorum se opposerit.
- 262 Et dummodo de impedimento legitimo coram Ordinario doceatur per testimonium, puta.
- 263 Impedimentum, quod potuit removeri, non excusat.
- 264 Impedimentum proprie illud est, quod evitari non potest.
- 265 Impedimentum ut excuset, debet probari, fuisse causam immediatam, ne aliquid fieret.
- 266 Impedimentum non sufficit probare, sed etiam diligentiam pro illo removendo.
- 267 Impedimenta legitima que dicantur remissive.
- 268 Impedito dilatio danda est in Parochiali reservata minor, quam in aliis causis, necessaria tamen.
- 269 Concursus ad Parochialem reservatam debet fieri ab Ordinario infra quatuor menses, & intra illos significari Pontifici, alias concursus, & provisio currit.
- 270 Terminum apposito actui gerendo dilatio parvi ita limitanda erit, ut reguletur a principali, ne actus pereat, sed perficiatur.
- 271 Opponens se beneficio post terminum edictorum, ante tamen perfectum examen, rejectus an possit appellare suspensivo.
- 272 Ecclesia interest, plures adeste oppositores.
- 273 Terminus edicti non apponitur, ut alii nequeant admitti, sed ut sciatur, non esse amplius expectandum.
- 274 Appellationi ab eo, qui re integra Parochiali se opposuit termino edicti transacto, non deferens an vim faciat, & an tertium decretorum genus detur.
- 275 Considero an possit operari, ut sententia in beneficii simplicis provisione exequatur, appellatione pendente.
- 276 Beneficia si diu vacent, respublica ladinur.

- 77 Sententiam in beneficiis simplicibus exequendam appellatione pedere potest constitutione Synodali induci.
- 278 Debet tamen eadem constitutio esse clara, & non turbida.
- 279 Scituro, quo removeatur audientia in agendo, & defendendo censetur appellatio sublata.
- 280 Item quando removeatur querela omnis, & contradictio.
- 281 Vel si dixerit, quod sententia executioni mandetur.
- 282 Sententiam exequi in provisione capellanie, an in fundatione queat disponere fundator.
- 283 Fundator beneficii quascunque condiciones, & leges in fundatione potest apponere.
- 284 Appellatio ab actibus extrajudicialibus, an illos reddat judiciales, ita ut per eam res efficiatur litigiosa.
- 285 Commissio, & rescripti appellationis impetratio est actus extrajudicialis.
- 286 Apostolorum datio non est actus judicialis, sed extrajudicialis.
- 287 Lis dicitur pendere per impetrationem rescripti vigore appellationis extrajudicialis secuta ejus vigore citatione.
- 288 Extrajudicalem per actum non dicitur lis introducta, nec pendere.
- 289 Actus extrajudicialis non interrumpit prescriptionem.
- 290 Extrajudicialis denuntiatio non interrumpit prescriptionem, nec potestatio.
- 291 Auto ordinario, quo utitur Senatus Gall. in tollenda vi, non interrumpit prescriptionem captam.
- 292 Extrajudicialis appellatio vim habet citationis, & ejus virtute appellatus comparere tenetur absque alia citatione.
- 293 Extrajudicialis appellatio quando causet litem pendentiam, remissive.
- 294 Extrajudicialis appellatio non est proprie appellatio, sed provocatio.
- 295 Extrajudicialis appellatio est veluti previa ad litem incipiendam, & ideo habet vim citationis.
- 296 Extrajudicialis appellatio a parte interponitur ad iudicem ipsius partis, a iudice vero extrajudicialiter procedente ad Superiorem ipsius iudicis.
- 297 Extrajudicialis appellatio interponi potest a futuro gravamine.
- 298 Extrajudicalem appellationem sufficit proponere ex causa verisimili.

DE utilitate hujus questionis; ejus frequentia, & ejusque difficultas (quæ quotidie in supremis tribunalibus contingens crecit) restantur; quapropter plura circa eam in lucem edere, & declarare intendo. Pro cujus principio Regulam in hac materia generalem, & universalem constituo: Iudicem Ecclesiasticum regulariter nullam violentiam committere, si ab actu extrajudiciali emissæ appellationi, non detulerit; quia etiam ipsa pendente, & postposita, licet ad ulteriora procedere absque metu attentati, quod nec revocatur, cum hujusmodi appellatio ejus jurisdictionem non suspendat: ad id est glossa ab omnibus recepta, in c. non solum, de appell. in 6. Abb. in c. cum nobis, col. 5. de elect. Franc. post alios, in c. bone, de appell. ubi Præpositus affirmat hanc opinionem communem esse; quam etiam sequitur Guid. Pap. consil. 137. Rot. decis. 34. alias 344. licet de appell. in novis, Nicol. Millis, in repert. verb. attentata post appellationem, f. 30. Veltius, in praxi Roma. Curia. l. 8. c. pen. ut lite pendente, & de attent. sub n. 9. vers. idem si post appellationem extrajudicalem. Cov. in pract. q. c. 24. n. 5. Marefcot. variar. resol. lib. 2. c. 64. à n. 20. cum seqq.

Hinc est quod omnis collatio, & provisio beneficiorum sit actus extrajudicialis sui natura primæva attentata, & in ea extrajudicialiter proceditur: textus est in



c. constitut. 41. & cap. ut circa de elect. in 6. de quorum intellectu protinus latius agendum: textus est in cap. concertationi, ibi, ut ab electionibus, postulantiibus, & quibilibet extrajudicialibus actibus, de appellationibus, eod. lib. cap. cum inter, de elect. text. in cap. constitutis, el 2. c. 46. in ordine de appellat. secundum interpretationem à Doctoribus assignatam, qui statim sunt allegandi in illa questione, an in provisione beneficiorum liceat appellari, ex qua apparebit etiam ut in provisione beneficiorum extrajudicialiter procedatur, & notat etiam Domi. Geminia. in numero 3. Philipp. Franch. numero 3. in dict. cap. concertationi, Marefcot. var. resolut. lib. 1. c. 52. num. 30. & examen est actus extrajudicialis. Thefaur. fori Ecclesiast. cap. 17. n. 14. & cap. 22. n. 10. p. 2. Marius Antoni. var. resolut. 39. num. 3. post plures, quos citat.

4 Ex quo plures effectus resultant, & ad multa utilissimum est scire, & cognoscere, quando ita in provisione procedatur, nam tunc non erit interlocutoria, tamen habetur loco sententiæ interlocutoria, ita tenet, & declarat Philipp. Franc. in d. c. constitutis, el secundo, col. 4. vers. & adverte quia, & c. post Hostiens. & Immol. ibi, in d. c. constitutis, ubi Panorm. etiam, & in confirmatione, & institutione idem dicit, & longè prosequitur Lamber. de jur. patr. art. 4. nu. 11. q. princ. 2. p. l. 2. Philipp. Franch. Gay. & omnes, in cap. fin. de elect. l. 6. cum gl. ibi, verbo inanes, & in hunc sensum accipienda est Rota, decis. 226. n. 7. l. 3. part. 3. diversorum, & Gonzal. in reg. refer. gloss. 9. §. 1. in annot. contra nullit. & c. nu. 208. ubi allegat aliam decisionem Calaguritanam, & ita 27. Januarii anno 1604. dicentes, quòd

6 quando alia non adest sententia, ipsa collatio, institutio, seu confirmatio habeat vim sententiæ, quòd secundum prædicta intelligi omnino debet, & quòd examen ad beneficium tanquam actus extrajudicialis non requirit citationem, probat post alios Thefaurus fori Eccles. & Mari. Antoni. ubi proximè, Flam. Paris. lib. 10. q. 3. n. 69. Anna, in c. licet, n. 14. de trans.

7 Ex quibus fluit, verissimum, & firmissimum esse, quòd dicit Rota in una Mediolanens. Parochi. 19. Junii 1599. coram reverendissimo Patriarcha Seraph. & in aliis pluribus causis, scilicet, provisionem Patriarchalium per concursum juxta formam Concilii Tridentini, sess. 24. de reformatione, c. 18. non esse judicialem, sed extrajudicalem, omnino; nam cum beneficia per concursum providentur, ut Magistrales, Doctorales, nihil aliud accidit, nisi affigere edicta cum certo termino, admittere, & scribere oppositores, & eos examinare, & de eorum habilitatibus, & idoneitatibus querere, per cognitionem extrajudicalem, absque aliqua citatione partis, vel cognitione, per vilium, & inspectionem titulorum, & ordinum, & graduum, & similitum qualitarum, præfatis beneficiis requisitarum, ut solum animus certior fiat, & illa indagatio tantum adhibetur, quæ sufficiat ad animi motum informandum, quibus peractis, illi de beneficio providetur, qui magis censetur idoneus: quapropter tunc nulla forma judiciali provisioni attribui potest certè, prout nec attribuitur Marefcot. var. resolut. lib. 1. c. 52. n. 30.

8 Insuper & illud adnotandum est, ut in provisione extrajudiciali, & sic quando in ea extrajudicialiter proceditur, collator, seu judex non tenetur testes comparere, nec processum formare nec illum publicare, seu alicui manifestare, quia quando ita proceditur, cum nullus adest contradictor, seu adversarius; judex ita animi sui motum informare tenetur, quantum, & quomodo solummodo ad ejus satisfactionem sufficere, magis sibi visum fuerit extrajudicialiter, ita dicit eleganter Abb. in cons. 41. incipit, videndum, sub n. 1. vers. ex quibus verbis, & supra paululum antè, 1. p. cujus doctrina fuit canonicata per Rotam in una Leodicensi Præfensi census coram Orano 20. Januarii 1597. necnon allegatur

à Rota, in decis. 160. sub n. 7. & 8. p. 2. diversorum, Hieron. Gonzal. in regul. de mens. & alternati. §. 7. proœmiali, n. 227. & 233. plures citat Marefcot. var. resolut. lib. 2. c. 1. à n. 151. & faciunt omnino videnda, quæ nos infra, hoc c. à n. 52. cum seqq.

Nec tunc quando in provisione beneficii proceditur extrajudicialiter, tenetur judex, seu collator aliquem citare, ut notat omnes communiter, in cap. fin. de præsumpt. & in c. de cetero, de re jud. & ideo dicunt Dominic. in c. si forte, in fin. de elect. in 6. Cardin. in clem. 1. in 3. nota de offic. deleg. per Innoc. in cap. fin. de translatione Episcopi & per eos, & Modernos, in c. per venerabilem, qui filii sint legit. & alios Felin. in dict. cap. fin. n. 36. quòd executor ad beneficia, cum in examinatione, & inquisitione idoneitatis, habilitatis, seu legitimatione provisi impetrantis extrajudicialiter procedat, non tenetur citare ipsum sed adhuc eo absente, nec copia actorum data, post seipsum per testes, vel aliter se informare de vita, & moribus provisi. Quod etiam procedit, ut nec teneatur citare aliquem, qui velit opponere impetrantem non esse idoneum, quia tunc procedit extrajudicialiter, de quo etiam per Flores de Medina, in præf. q. l. 1. q. 4. nu. 29. cum duobus sequentibus, prout regulariter procedunt executores in provisione beneficiorum, ut latè, in d. c. fin. de præsumptionibus, per Doctores communiter, & nos, Deo dante, cap. 7. in 5. p. 3. tom. hujus operis prope diem edendo, latè dicemus, quòd mirabiliter examinat, & defendit Fatinac. quæst. crimin. tract. de testibus, q. 72. à nu. 51. & loquendo in examine ad beneficium, ut fiat sine citatione. Thefaur. fori Eccles. cap. 17. nu. 14. & c. 22. nu. 102. p. plures per Marium Antoni. var. resolut. 39. n. 3. l. 1.

Hinc etiam, ut dispensationes matrimoniales, & similes aliæ, quæ hodie committuntur ordinariis cum clausula (quòd diligenter se informant, & si repererint preces veritate niti, dispensent, & c.) de qua per Thomam Sanch. de matr. lib. 8. disp. 27. num. 43. desuper in aliis locis, Nicol. Garc. de benef. 6. p. cap. 2. dub. 8. nu. 105. & tunc non erit necessarium, testes in forma recipere sed sufficere, judicem se extrajudicialiter informare, ut ex aliis affirmant Puteus, decis. 473. n. 1. l. 2. ord. cons. 93. à n. 1. Garcia, dict. cap. 2. nu. 249. & Hieronym. Gonzal. in reg. refer. gloss. 9. in annotat. contra nullit. nu. 1. Quod adeò verum est, quòd etsi per testes præsentatos, seu adhibitos ad hujusmodi informationem extrajudicalem probaretur idoneitas impetrantis, seu veritas precum dispensationis; ipsi tamen executori contrariam contactes, conliceret exequi commissionem, cum ejus judicio, & informationi extrajudiciali relinquatur, onerando conscientiam ipsius, ut ex ipsa commissione dispensationis, ibi, (de præmissis te diligenter informes, & si per informationem repereris preces veritate niti super quo conscientiam tuam oneramus, tunc dispenses, & c.) & ita poterit ex officio examinare alios testes, per quos veritas sibi commissa, & commendata pateat, quam potest quomodolibet, & aliunde exquirere, & indagare, ut per Nicolaum Garciam, loco proximè relato, n. 151. & 152.

Quòd pertinet, quòd aliàs dicunt DD. ut per Puteum, decis. 113. in fin. lib. 3. & Hieron. Gonzal. in dict. reg. §. 7. proœmiali, à n. 228. ut in provisione beneficii, & aliis processibus extrajudicialibus, difficile sit, opponere de injuria ejus, nec per viam appellationis, nec alio modo, tum quoniam judex justificat animum suum, sive ex actis in scripto deductis, sive non scripto; etenim non ad unam solam speciem probationis mentem suam applicat, sed ex variis causarum figuris, quas ejus præsentia offert, & protegit, animi sui motum format, cap. in presentia, de renuntiatione, cap. pastorali, in fin. de causa possess. & propriet. tum etiam quia nec eorum adhuc actorum alicui copia dari debet; tum etiam quia quando absque contradictore procedatur, nulla alia pars

pars majus interesse habere dicitur, quam ipsa iudicis conscientia, nec alia attenditur, nec alia est in consideratione, inter quam & judicem tunc extat controversia, pro cuius tantummodo satisfactione extrajudicialis informatio isthac desideratur. Quapropter qui processui voluerit contravenire appellando, vel aliter, tenetur aliunde de injuria, & gravamine docere, & ex novis actibus, & probationibus suam appellationem justificare, ut etiam constat ex his quæ latissimè per Lancelot. de attentatis, 2. p. cap. 12. limit. 3. à num. 15. cum pluribus sequentibus, & per Nattam consilio 606. approbo, num. 12. libr. 3. Covar. in pract. q. cap. 24. n. 5. ubi dicunt, quòd pro actu extrajudiciali præsumitur, non verò pro causa gravaminis in appellatione ab eo expressa, quousque justificetur coram superiore; interim tamen non revocantur quæ judex à quo attentaverit medio tempore, & conferunt etiam quæ Hieron. Gonzal. gloss. 4. n. 124.

Advertendum insuper est; quòd in hoc procedendi modo conferens, vel providens non ut judex, sed ut privata quadam persona inquirat, cui aliquod ministerium committitur ab habente potestatem, ut extrajudicialiter perficiat, quemadmodum ipse committens poterat facere, secundum ea, quæ Abb. in dict. consil. 41. sub n. 1. lib. 1. & Hieron. Gonzal. in auro. d. gloss. 9. n. 36. & quæ ex Felino, Innoc. & aliis affirmat Flores de Medina in præf. quæst. q. 4. num. 20. dicens, quòd executor alicujus collatoris non habentis jurisdictionem in provisione beneficii, poterit etiam se extrajudicialiter informare, apparet etiam ex loquendi modo, quo in hac materia uruntur Doctores in d. cap. fin. de præsumpt. & alibi passim, quòd quando executor ad providendum non tenetur procedere in forma iudicii, sed extrajudicialiter; dicunt non teneri assumere partes iudicis, econtra verò quando judicialiter debet audire, & procedere teneri, dicunt, assumere partes iudicis. Ex quo constat, quando extrajudicialiter procedit, nihil iudicis habere sed totaliter privatæ personæ, nec tunc pars adest uti litigans, ut tendit Lancel. de attent. 2. p. c. 12. limit. 3. n. 47. & limit. 5. n. 4.

20 Pro quo facit quia appellatio extrajudicialis illa dicitur, quando interposita à parte, seu à iudice extrajudicialiter procedente, & ante iudicium cceptum, Franch. in c. bone memoria 5. sub n. 16. col. 5. vers. in gloss. in fin. de appell. Marant. in suo Speculo, 6. p. act. 2. verbo & quandoque appellatur, n. 278. fol. 501. Lancelot. tract. de attentatis, 2. p. c. 12. limit. 3. n. 2. Ruginell. tractatu de appell. §. 2. nu. 14. vers. interponitur, & quòd appellatio ante iudicium cceptum, & ante citationem iudicis dicatur extrajudicialis, ad differentiam judicialis, tenent Innoc. in c. cum sit Romana 5. n. 1. Abb. sub n. 21. de appell. Domini. de Sancto Gemini. in cap. 1. n. 3. vers. quæro quando, & ibi Franc. n. 1. in fin. de appell. in 6. Jo. Ferrar. in tract. de appell. c. 3. n. 17. tom. 5. fol. 64. Gregor. Tholof. titulo de appell. lib. 1. cap. 11. sub nu. 3. vers. prima differentia, fol. 36. dicens, quòd appellatio extrajudicialis est, quando non adhuc causa est introducta in iudicium, faciunt quæ Scacia de appell. q. 2. à n. 33. & 38.

21 Quo cognito nihil mirum, ut actus extrajudiciales nunquam transeant in rem iudicatam, cum deficiat in eis iudicium, & per consequens quod est necessarius finis ipsius, ut mox dicemus: ita probant Immoia in cap. fin. n. 5. & 12. de præsumpt. ubi Abb. sub num. 15. post princ. probant etiam optimè Lapus alleg. 6. n. 4. vers. & extrajudiciali, & Card. Tufc. 3. tom. lit. E. cons. 5003. n. 7. per notata in c. fin. de præscript. & in clem. judex de off. deleg. ubi dicunt, quòd licet executor possit extrajudicialiter procedere, quando exequo, scilicet, non requiritur causæ cognitio, & valeat executio prædicta; tamen non præjudicat non citatis, quia eorum jus salvum remanet, nec res iudicata his obesse potest, tenet etiam Rebuff. tractatu de appell. in præfatione, n. 69. & 70. tom. 3. fol. 418. idem Abb.

in cap. 1. num. 13. post princ. de his que sunt à majori parte capit. ubi dicit, quòd cum univèrsitas, seu capitulum in his, quæ gerunt, procedit extrajudicialiter, nec gesta hæc transeant in rem iudicatam; ideo miror pars non teneatur appellare ab eo, quòd major fecerit, sive tractetur de præjudicio suo, sive tertii, sive univèrsitatis, quia tunc ex sola contradictione poterit prosequi coram superiori, ut gesta minùs rationabiliter per majorem partem retractetur, motus ex doctrina Innocentii, per quem in d. cap. fin. de præsumpt. idem dicit Cardin. consil. 140. factum tale est, magister Bart. quòd executor beneficii potest procedere tanquam judex; item etiam potest procedere extra iudicium, & parte non citata, sed si procedit primo modo, sit præjudicium parti, nisi appeller intra decem dies secus si procedit secundo modo, & sic extrajudicialiter, quia tunc auditur etiam sine appellatione, etiam post decem dies, Cardinalem, & alios referens sequitur Felinus in d. cap. fin. sub nu. 33. ad fin. & Hieronim. Gonzales in dict. annot. nu. 31. & facit etiam, quòd adducit Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 3. num. 1. & 2. quòd à gravamine extrajudiciali duo oriuntur remedia, aliud per viam appellationis sed hoc debet esse infra decem dies, aliud autem per viam recursus, & querelæ ad superiorem etiam post dictum tempus, ut in c. concertationi, ibi, infra decem dies postquam sciverit, si velit, appellet, post decem dies verò eidem aditus non pateat appellandi, & iterum per contradictionem debitam, vel alia juris remedia petierit revocare gravamen. & c. de appell. in 6. cum aliis, per quem text. ita probant Anchar. ibi n. 1. not. ab. 2. Abb. in c. bone memoria, sub num. 10. differentia 13. & ibi Philipp. Franc. sub n. 19. vers. ult. nota, num. 5. & in c. 1. sub n. 10. vers. sed die. not. ab. 1. eodem tit. de appell. Scac. tract. de appell. q. 12. n. 105. fol. 164. Minling. singu. observ. cent. 3. observ. 11. sub n. 1. & post Marant. & alios, tenet Ruginell. in tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 13. 15. & 16. fol. 72. Natta consil. 606. approbo, nu. 5. vers. circa aliud fundamentum, & post gloss. Dominicum, Abb. & alios, tenet Ayora tract. de partitionibus, 1. p. c. 4. n. 17. & 8. fol. 31. Joan. Garcia tract. de nobilit. gloss. 5. à n. 9. licet Rebuff. tr. de appell. in præfatione, n. 69. & 70. tom. 3. fol. contrarium teneat, qui audiendus non est, cum loquatur contra textum expressum.

Gravatus tamen semel exclusus ab appellatione putà; quia omisit eo uti remedio intra decem dies, adhuc tamen non est exclusus à via & remedio querelæ, quo etiam uti potest ultra illum terminum, Philippus Franc. & Scacia, locis proximè citatis, & est text. expressus in d. c. concertationi, per quem & glossam, Joan. Andr. & communiter scribentes ibi tenent Ayora de partitio. 1. p. dict. cap. 4. nu. 19. latè prosequitur Joannes Garcia d. gloss. à num. 9.

At in causis immunitatis, & à gravaminibus factis per peraquatores, (hoc est, Repartidores de pechos, y tributos reales) poterit appellari intra duos menses à die notitiæ gravaminis, ita veterem dicit sententiam ipse Joan. Garcia ubi proximè sub n. 11. & seqq. cum sic à jure iis casibus specialiter si provissum, & determinatur per text. expressum, in leg. 1. ff. de vacat. mun. Glossa verbo præscriptione, & verbo, præfinita, in leg. 1. ff. de vacat. mun. idem Accursius in l. 1. C. de tempor. appell. quæ ad propositam magis expressa est, & iterum ipse Accursius in l. 1. §. quod in sententiis, ff. quando appellat. sit, & hujus casus specialitatem latius prosequitur Joannes Garcia ubi proximè.

Ex quo igitur deficit iudicium, litis pendencia, litigtium, seu res litigiosa (ut protinus dicitur) frustra queritur sententia, argumento totius tituli, in lite non contestata, non proceditur ad testium receptionem, nec sententiam diffinitivam, in decretali. & in terminis, quando per executores procedentem extrajudicialiter nulla sit ferenda sententia, sed gratiosam executionem commissam,